Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47060
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Joannes 22.

1 Abbas Cist: vel Capitulum generale potest facere unione Monasteriorum, & Prioratuum pauperum, in Monachis & Monialibus, Diœcesani & cuiuscunq; alterius licentia minime requisita. Rod. f. 77.

2 Omnia & singula priuilegia, immunitates & exemptiones per quoscunq; Romanos Pontifices, reges aut dominos Ordini Cisterciensi concessa approbat & confirmat. Hic decernit, ut illa ubicunq; & quandocunq; fuerint exhibita, in perpetuum obseruentur. Quicquid n contra hanc approbationem à quoquam, quauis authoritate concigerit attentari, irritum est & inane. Rod. f. 78. Vide to. 1. q. 8. N N.

— 3 Tempore interdicti qdlis ts nobis alta voce diuina pagere.

Leo decimus.

Religiosi Cist: possunt pro S. Ordinibus recipiendis ad quamcunq; diœcesin mitti, & accipe dimissorias. idm. Sanctg 3.

Martinus 5tus.

1 Cistercienses eximuntur à decimis quibuscunq; etiam de possessionibus de quibus aliqui hactenus decimas percepsit. Rod. f. 75. Vide t. 2. q. 44. a. 4. N N.

— Cistercienses non possunt sn licentia Capli generalis, nel

2 Abbatis Cist: ad alium Ordinem transire, quam Cartusiensium. f. 76.

Nicolaus 4tus.

1 Concedit quatuor Primariis omnia totia Ord: negotia pertractare, quoties expedierit.

2 Quod non liceat Monia nostra, nel Ordini pœnas ad — aliam Religionem transferre. N.

3 Quod n licet cuiquam fugitiuos nostros recipe. Et q possunt ipsos ubicunq; capere, inuocato ad hoc auxilio seculari, si necesse sit.

Sixtus 4tus.

In mortis arctio, etsi mors n sequatur, concedit Cisterciensibus, 1
eorumq; familiaribus, & continuis comensalibus, Cubilarum. Rod. —
f. 231. t. 1. q. 62. a. 6. N N.

Accedentes ad Capli gnale absoluuntur ab omnibus pœnis 2
& Censuris, & consequuntur remissionem omnium peccatorum. f. 232.

Concedit Capitulo generali, & Abbati Cisterciensi 3
plenariam potestatem circa eum carnium dispensandi. Rod. ibid.

Fratres laici possunt in Ordine S. Francisci tangere 4
calices, corporalia &c. Rod. f. 239. q & Cisterciensis, qui communicant priuilegiis.

Vrbanus 4tus.

Confirmat omnia nra priuilegia. 1.

Non possumus excomunicari p delegatos. 2.

Tempore interdicti possumus alta voce celebrare, pulsatis 3
campanis, ianuis apertis. Rod. f. 350. t. 2. q. 112.

Visitamur tm p personas Ordinis. N. 4 —

Non tenemur ad subsidium, ut aliam exactionem. N. 5

Nec nos, nec nri familiares possunt excomunicari. Innocq. 6

Non tenemur soluere decimas. N. 7 —

Vbi decima, ibi & Noualia nra sunt... N. 8

Non tenemur dare portionem & his q nobis legant. Inno. 4. 9

Moniales utantur priuilegiis Ordinis. Rod. f. 350. t. 1. q. 10
50. a. 7. & t. 3. q. 6. a. 4.

Vrbanus 5tus.

Cisterciensibus licet in singulis castris, & arcibus ad q propter bellorum discrimina confugiunt, altare portatile erigere, & ibidem Missas, & alia diuina officia alta voce celebrare. Rod. f. 67. & t. 3. q. 28. a. 3.